

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1862

Auteur(s) : Guy de Launay [autre]

Bénéficiaire(s) : Marcilly-sur-Eure, Notre-Dame du Breuil-Benoît (abbaye, abbé)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1245, mai

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Guy de Launay cède toute pièce de terre que son père a donnée aux moines du Breuil-Benoît et leur abandonne tous usages, droits et coutumes dans le bois du Breuil.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Xivrey Jules-Berger de, *Recherches historiques sur l'abbaye du Breuil-Benoît au diocèse d'Évreux*, Paris, Typographie de Firmin Didot Frères, 1847, Pièces justificatives, n° X, p. 124-125.
- b. Piolin Paul, Sainte-marthe Denis de, *Gallia Christiana in provincias ecclesiasticas distributa, t. XI*, Paris, Palmé, 1874, Instrumenta ecclesiae Ebroicensis, n° XXII, col. 149.

Texte établi d'après b

Ego Guido de Alneto miles, notum facio universis præsentis literas inspecturis, quod ego pro salute animæ meæ et omnium antecessorum meorum, volo et concedo ut monachi de Brolio teneant et in perpetuum possideant libere, pacifice et quiete, totam peciam terræ quam dedit eis bonæ memoriæ Goherius quondam pater meus, conjunctam terris dictorum monachorum a parte Marcilleii: dictam vero terram dictis monachis teneor contra omnes firmiter et fideliter guarandire. Præterea quittavi et omnino dereliqui prædictis monachis omnem usum venationis, si quem habebam vel habere poteram, jure aliquo seu consuetudine, in omnibus vineis quas dicti monachi habent circa dictam abbatiam, intra scilicet et extra et in toto nemore dictorum monachorum, quod est prope abbatiam, quod scilicet nemus vocatur Brolium, et in sepibus et in clausuris supra dictarum rerum, necnon et fossatis, quibus dictum nemus de novo clausum est, et in terra quam prædicti monachi habent a Fulcone de Marcilleio milite in escambium, sita inter alveum ipsorum monachorum, qui dicitur Coinum, et dictum nemus Brolii, sicut clausa est novo fossato, et promisi quod in his omnibus supra dictis nunquam de cetero venabor per me sive per alium, nisi aliquando contigerit quod cervus vel aliqua de feris magnis fugiens loca intraverit supra dicta, et tunc per portas seu per ostium aliquod ad persequendum me et canes meos introducent monachi supra dicti. Promisi etiam quod nunquam in perpetuum in his vel pro his omnibus supra dictos monachos gravabo, nec occasione terrarum seu pratorum meorum quæ adjacent terris dictorum monachorum eosdem monachos nunquam de cetero per me vel per alium molestabo. In cujus rei testimonium et munimen præsentis literas dedi sigilli mei munimine roboratas. Actum anno Domini M. CCXL quinto, mense Maio.